



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 65. Albertus Austriæ Dux Sigismundi successor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

ait, fuisse eum *amatorem Dei, defensorem* Sæcul. XV.  
A.C. 1437.  
*Cleri, & pauperum advocatum.* Corpus Bzov. hoc  
ann. ex Gol-  
dast.]  
ejus delatum in Hungariam, sepulturæ  
traditum est in Ecclesia Varadinensi. Si-  
gismundo cetera ob pietatem laudatissi-  
mo id a nonnullis vitio vertitur, quod ipse  
minus pudicus, nimia etiam indulgentia  
uxoris suæ libidinem dissimularet. Inter  
ejus plurimas, quas condidit, constitutiones  
una reperitur præclarissima de privilegiis,  
& immunitatibus Clericorum, qua antiquas  
Friderici II, & Caroli IV. leges confirmavit,  
auxitque.

## §. LXV.

*Albertus Austriae Dux Sigismundi  
successor.*

Reliquit Sigismundus Imperator morti Æn. Sylv.  
Hist. Boh.  
c. 55.  
Cochl. lib. 8.  
§ 9.  
Acta Patricii  
tom. 12. conc.  
p. 1550.  
proximus Hungarici, ac Bohemici  
Regni sui hæredem Albertum; huic enim  
tanquam illius Genero non modo  
suffragabatur sanguinis propinquitas, sed  
etiam antiquum foedus, quod inter Bo-  
hemiae Reges, & Austriae Duces de mu-  
tuo in hoc Principatus succedendi jure  
intercedebat, si hæredes masculi defice-  
rent. Ita testantur Æneas Sylvius, Co-  
chlæus, & alii. Quamvis non desint, qui  
scribere non dubitaverint, Albertum Si-  
gismundi foci sui astu fortitum esse duo  
illa regna. Enimvero id Friderici II. Im-  
pera-



Sæcul. XV. peratoris diplomate, quod Carolus IV.  
A. C. 1437. confirmavit, sancitum habetur, quod ius  
 Regem eligendi, si de prosapia Regali Bo-  
 hemiæ nec masculus nec foemina super-  
 stes fuerit, ad Prælatos ac Regni Proce-  
 res devolvatur, nulla penitus facta me-  
 tionem prædicti foederis. Id quoque ce-  
 tum est, quod Augustissima Austriæ do-  
 minus non pauca, quæ possidet, domi-  
 nia ex solis fere nuptiarum foederibus  
 Deo benedicente acquisiverit. Ut ut  
 res se habeat, Dux Albertus omni iure  
 Sigismundo successit, & socrum suam,  
 quæ ipsum Bohemiæ regno exuere mo-  
 liebatur, captivam detinere coactus est.  
 Verum hæc facta opportuniorem locum  
 in Historia anni sequentis sibi vendicant.

## §. LXVI.

*Lusitanorum clades in Africa.*

Hoc eodem anno ingenti clade Lusita-  
 ni in Africa attriti leguntur. Ferdin-  
 nandus enim ex quinque Regis Lusita-  
 niæ Fratribus animi robore præstantis-  
 simus cum sex tantum millibus arma-  
 torum in Africam navigare constituit,  
 contranitentibus frustra Procerum quam  
 plurimis, qui Mauros tam parvo militum  
 numero aggredi rem periculi plenissimam  
 ajebant. Ast Ferdinandus hæc nihil  
 moratus, in Africam trajecit, & impetra-